

171

G

70



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
171 G 70





Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
171 G 70



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
171 G 70



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
171 G 70



~~E 169 d~~

171 G 70.

eA.1516(III)















169d

# Betteca de quatuor vir tutibus Cardinalibus

de Betteca de quatuor vir  
tutibus Cardinalibus



**E**neca cordubensis. Philosophus. vir doctissimus Stratini stoici discipulus Lucani poete patru<sup>r</sup> Rhome claruit tempore Tiberonis imperatoris. cuius et preceptor fuit Huius tpe gloriosi apostoli Petrus et Paulus rhome predicabant. fuit at Seneca vite honeste. magne abstinentie. et conuersationis urbane. et modico somni. Cum igitur Seneca et multi de domo cesarib ad paulum confluenter. pre ceteris ipse beato Paulo familiaris erat. propter diuinam scientiam quam in eo viderat. ut vix se ab eius colloquio tempore potuisse. et quando cum eo ore ad os loqui non poterat. frequentibus epistolis datis et acceptis eius amicabili colloquio fruobat. Scilicet quoque pauli coram cesare legit. et in cunctis eum amicabilem reddidit. Senatus etiam de paulo alta sentiebat. Hic Seneca continetissime vite fuit. quem beatus Hieronymus sancto: um catalogo annuerauit. illis epistolis prouocatus que leguntur pauli ad eum. et ipsius ad paulum. Hic ante biennium et petrus et paulus a Neroni coronarentur martyrio. taliter interfectus est. Ipse enim Nero quadam die respiciens Senecam. et verbera que sibi in puericia intulerat ad memoriam reducens infrenuit. ac tanquam iniuriarum yltionem ei perte de illo cupiens. precepit. ut quodcumque genus yellet mortis sibi eligeret. Seneca ergo quasi suave genus mortis arbitrans in balneum mori. incisionem utriusque vene brachij elegit. Item Seneca non dicitur quasi se necans. Nam nihil respiciebat malum operatur malum. Seneca autem moralissimus erat. quare si se ipsum necasset moralitatem excessisset. sed dicitur quasi senio nensis chara id est utilia documenta. scilicet presentis libri quem in senectute suo posuit. vel si debet exponi quantum ad eius interitum hoc vocabulum Seneca. tunc dicitur severitate neronis cadens. Nam nero ipsum interrogare volens. permisit sibi ut eligeret sibi mortem. et sic sibi ipsi elegit emissionem sanguinis cuiuslibet vene in balneo. ut leviori morte obieret.

Incipit liber lucii Annei Senecce de formu  
la honeste vite. vel de quatuor virtutib[us] cardinalib[us]

Quattuor virtutum species. multorum sapientiū  
sententias definite sunt. quibus animus huma-  
nus comptus. ad honestatem vite possit accedere  
Pro generali noticia presentis libri. ista sunt tenenda que communi-  
ter circa initia librorum dicuntur. Unū sciendū q[uod] noticia presentis libri  
moralis philosophie supponitur. Et titulus huius libri est. Liber  
Lucii Annei Senecce de formula honeste vite. vel de quatuor vir-  
tutibus cardinalibus. Sed intentio est velle tradere librū de quatuor vir-  
tutibus cardinalibus. Sed utilitas est. q[uod] cognitis his fru-  
ctuose ac honestissime unusquisq[ue] suā vitā regere possit. Sz de cau-  
sis est notandum. Unde causa materialis patet ex sequentibus. Lau-  
sa autē efficiens nō multū curanda est. vt infra patet de officio pru-  
dentis. Nō te moueat dicentes auctoritas. Dicitur tamē causa effici-  
ens venerabilis Sceneca. Sed causa finalis est vt ea noticia habita  
statum p[ro]pt[er]is vite moribus gratissimis et virtutib[us] sup[er]mis exornare  
possimus. et tandem post hanc vitam ratione virtutum et per eam.  
merita vitā sempiternā cōsequi mereamur. Quattuor virtutum et  
Iste liber intitulatur liber Senecce de formula honeste vite. de cuius  
subiecto utilitate et causis visum est. Vult ergo. q[uod] tñ quattuor virtu-  
tes cardinales. q[uod] sententias philosophorum sapientiū descripte sunt  
quarum virtutum affluentia homo adornatus ad honestatem vite  
et humane felicitatis gloriam poterit peruenire.

Harum autē prima est prudentia. Secunda magnanimi-  
tas. Tercia continentia. Quarta iusticia. Singule igitur ha-  
rum his officiis que subtus annexa sunt. honestum. ac bene-  
mori geratum efficiunt virum.

Ista est pars in qua auctor reddit auditores attentos. ponendo cer-  
tum numerum virtutum cardinalium ad earum ordinem ostenden-  
dum. dicens quattuor sunt virtutes cardinales. vt patet in littera. q[uod] scđm Gregorium super Ezechielem omelia tercia. quattuor virtu-  
tes cardinales accipimus. dum earum ordinem custodimus. No-  
ta q[uod] iste quattuor virtutes nominantur tribi noībus. Primo enī  
nominant p[ri]ncipales. Secundo cardinales. Tercio generales. P[ri]nci-  
pales. et parte passionis et operationis. Sed cardinales dicuntur q[uod]

prima prude-  
tia

a u

tota vita humana scđm moralitatē vñita est in his quattuor virtutib⁹.  
S̄ generales ideo, quia motus et actus aliarū virtutum p̄ticipantur a secundarijs virtutibus moralib⁹ respectu cuius dicitur spēas sub annexe. Singule igitur. Illa ē tercīa pars prohemij, in qua Seneca reddit auctores beniuolos: ostendendo vtilitatē illarū quatuor virtutū q̄ studende et addiscende sunt ideo: qz ipse cū earū operationib⁹ hominē honestū et bene morigeratū faciunt, ut p̄z in līrā Et tā ideo qz ille virtutes dicuntur bona aīe q̄ maxic bona sunt. f. etbi.

### De prudentia

Quisquis ergo prudentiā sequi desideras: tūc rescepit rationem viuas: et oīa prius existimas et perpendas: et dignitatē rebus non ex opinione multorum: sed natura earundem constituas.

Ista est pars exercitiva, in qua magister prosequitur determinare de diversis virtutibus. Et sp̄cialiter p̄mo tractat de prudētia, ponēs de eadē diversas doctrinas, sicut patet in processu. Vult igitur p̄mo q̄ ille homo qui desiderat imitari prudentiā talis debet regulariter viue res scđm dictamē recte rōnis: sic: q̄ nō deficit a virtutis via, q̄a ratio semper depeccatur ad optimam, p̄mo ethicorū. Et ideo quādo nō regulat actu rōnis, imprudēter ducit vitā huius mūdi, eo q̄ talis bestialiter viuit. Unde ex eo q̄ homo sequitur vsum rationis dicitur esse dignissima creaturarū. Sic econuerso homo non sequēs rationem sed sensualitatem peior est bestia.

Hām scire debes. q̄ quedā sunt que videntur esse bona et nō sunt et quedā nō videntur esse bona: et sunt. Quecūq; autē de trāsitorib⁹ possides nō mireris: nec magnū precij existimes: qz cadūca sunt. Nec apud te que habes tanq; aliena seruabis: sed pertinet tanq; tua dispēses: et tanq; tuis semper vtere.

Dic auctor in ulta sententia duplicita ponit. Primo nāq; subdit cor relativū ad emendatōez p̄dictorū: ibi. Nā scire debes. Dicēs: q̄ quedā videntur esse bona scđm estimatōez vulgariū: vt sunt bona fortune, sc̄z diuitie et honores, que tamē nō sunt bona, qz impeditūr a summo bono. Et q̄ quedā videntur esse mala scđm vulgares: vt sunt sciētia, et virtus que tñ nō sunt mala, immo simpliciter bona. Et ideo nō debem⁹ inspicere opiniones vulgariū qz vulgares vītate nō cognoscūt. iuxta dictū Boetij li, iiiij, prosa, iiiij, dicentis Neque ut em̄ oculos tenebris

assuerit ad lucem perspicue veritatis attollere. Similesq; sunt quibus  
quaru m intuitu nox illuminat. dies cecat. Secundo subiungit dupli-  
cia bona ibi. Quicunq; aut rē. Volēs q; quedā sunt bona transitoria  
et de his dicit. q; prudēs nō debet sup his mirari id est magnam cu-  
ram habere q; labilia sunt per phūm quattro physicom. Dia q; sunt  
in tempore. labuntur et corrumpuntur cū tempore. Alia sunt bona e-  
terna et perpetua. et de his dicit que apud te habes id est in te. Et deil-  
lis dicit Boetius metro primo.

**S**i igitur prudentiam amplecteris. vbiq; idem eris. Et pro-  
ut temporis rerumq; exigit varietas. ita te accōmodes tem-  
pori. Nlecte in aliquibus mutes. sed potius aptes te. Sicut  
manus que' eadem est. et cum in palmam extenditur. et cum in  
pugnum constringitur

**H**ic ponit et tangit stabilitatem prudentis qui in prosperis nō ex-  
tollitur. nec in aduersis impatientia turbatur vel conturbatur. Nam  
scđm phūm in ethicis. Prudēs debet se habere ad modū tetragoni.  
id est corporis quadrati. Nam sicut corpus quadratum ad quācūq;  
partem vertitur. semp manet idem et firmū. Sicut homo prudēs quo  
libet tempore et loco. idem et firmus manens absq; reprehēsione scđm  
exigentia temporū et rerum mores suos potest mutare. nec in vlo mu-  
tatur. sed potius se tempori coaprabit. Sicut hic ponit vnam simili-  
tudinem. **S**cendum circa litteram q; prudentia sic describitur.  
Est recta ratio rerum agibilium. quinto ethicorum. Uel sic. Est bo-  
norū et malorū cogitatio. cum electione vnius scz boni. et cum ab-  
iectione alterius. scz mali. cum malum non cadit sub electione mali.  
Et ergo illa auctoritas inter duo mala minus malum est eligendum.  
Intelligitur sic. Si duo mala obiectuntur. minus est eligendum. ma-  
lus vero fugiendum.

**P**rudentis p̄p̄ū est. examinare consilia multorum et non cīg-  
to facili credulitate ad falsa prolabi

**H**ic Seneca ponit cōdūcēm ipsius prudentis Volens q; prudēs  
querere debet consilia multorum. et non ex propria presumpzione in  
errorem cadere. Illud idez docuit Aristoteles. vt dicit Valerius ma-  
ximus libro septimo. Aristo. aut L alithenē auditorē suū ad Alexā-  
drum mittens. monuit vt cum eo aut q; rarissime aut q; iocundissimē  
me loqueretur. quādo p̄mo salubria consilia ageret. q; (vt ait Bernar-  
dus) Iudicij est discernere quod liceat vel non liceat Consilij aut pro-  
bare quod expediat. quia ad prudentiam hoc pertinet consiliari. Ut

a ij

dicit beatus Thomas in sed a. q. xvij. arti. vi. Ad prudētiām p̄n  
net rōe cōsiliari. Et hec cōditio elicitur ex. vi. et hīcoz. vbi dī. Vlde  
aut̄ prudētiā posse cōsiliari. nō qđem ad partē puta ad sanitatem sive  
fortitudinē. sed omnino ad totum bene vivere.

Dedubij̄s non definias: sed suspēcim teneſtiām. Nihil  
inxptum affimes: qz nō om̄e quod verisimile est statū verū ē  
sicut et sepius qđ p̄mū incredibile videſ: nō cōtinue est falsuz  
Lrebro siqđem faciē mēdaciā veritas retinet Lrebro siqđem  
mendaciū sub spē veritatis occultatur. Nā sicut aliquotiens  
tristē faciē sive frontē aduersam amicus. et blandam adulator  
ostēdit. Sic verisilē coloratur ut fallat: yl' yt surripiat conat.  
¶ Hic auctor ponit alia cōditōem sapientis q̄ seruari debet in cau-  
sis in certis. Tolens q̄ prudēs hō nō debet definire seu notificare du-  
bia. sed protrahere sīmā donec veritatē efferiri potest. qz yrāt̄ au-  
ctor Quinq̄ clauiū prudētiā mos est varias inq̄rere causas. ut vale  
at mentē certificare sūam. Idcirco nō debet affirmare incognita. qz  
ex hoc posset in errore cadere. Et rōem subiugit. qz nō om̄e qđ sumi  
litudinē veri haber. verū hoc est. Nec om̄ne qđ videtur esse falsum.  
incredibile est. qz mendaciū specie vitatis sepe occulta. et econuerso.  
Tullius auctor est in padoxis (cū inquit) Nihil ē tāz incredibile. qđ  
nō dicēdo sīat p̄babile. Nihil tā horridū. tam inculcū qđ nō resplēde-  
scat orōe. Et hoc oñdit hic Seneca signo. qz sicut interduz amicus  
oñdit faciē iratā aduersum amicū. attrātē hoc nō facit ex rācore. vel  
causa odij. s̄z cā correctōis. qz pcedit ex bono fundamēto. qz intrisec  
verus ē. licet appearat ext̄isecus habere frōtē adūsaz. i. inimiciā. Sed  
deceptor sive adulator multoties oñdit faciē amicabilē. qđ pcedit ex  
fonte odij. qz sq̄ decipit aut decipe q̄rit. Sic verisilē multoties colo-  
ratur. ut assūmat faciē veri. Prudēs at̄ debet eē cautus. et nō facil' ad  
credendū qz b̄ viciōsum ē. vt dī Quidius in li. fast. s̄z nos in viciū cre-  
bula turba sumus Quasi dī. ex quo nos cōis p̄p̄l̄ sum⁹ faciles ad cre-  
dendū. et ergo in vicio sumus. prudēs aut̄ debet inq̄rere causas.

Si prudēs ē cupis: infutura p̄spectū intēde. et q̄ aīo tuo  
cōtingere p̄nt cūcta ppone. Nihil tibi subitū sit. s̄z totū aīi cō-  
spicias. Nā qui prudēs est nō dicit. ego nō putaui qđem hoc  
fieri: qz nō dubitat sed expectat nō suspicatur sed cauet.

¶ Postquam Seneca in precedentibus ostendebat doctrinā quō sapiēs nō  
debeat esse facilis ad credendum, sed debet certitudinaliter indagare  
veritatem. Iuxta illud Prosperi. Nō patreant faciles rumoribus  
aures. Qd necire iuuat credere minus liceat. Hic cōsequenter conti-  
nuando dicit, q prudens debet prospicere ea q futura sunt, et iuxta h  
ordinare negocium suum. Hoc idem vult Sanfredus in poëtria no-  
ua, cum dicit. Precurrant oculi gressus preconsule mentez. Et vires  
metite tuas, si toris es aude Brandia, si fragilis humeris impone  
minorā. Que verba nū aliud pretendunt, qz q sapiens debet precon-  
siderare oculis et mente gressus id est illud quod aggrediatur. Et iu-  
sta vires et fortutes ordinare debet Tullius auctor est in officijs libro  
primo. Magni ingenij est cogitatione preconstituere et ordinare q  
venire possunt. Quia ultima raro correspondentem primis (vt ait Bo-  
etius de disciplina scholariū in fine) Prima licet quandoq salua si-  
ant iudicia, ultima ramen alterius saporis coinquinamenta manet  
bunt. Insert seneca in textu q prudenti nihil subirum debet esse.  
Quia multa mala contingunt ex cōsilio veloci. vt dicit Agellus in  
speculo stultorū. Rebus in ambiguis quoties fortuna laborat. Cōsili  
um p̄ceps nō debet esse nimis. Imperus ut memini grauis est male  
cuncta misstrat. Si male cūcta ergo nec vlla bene. Jo prudens hō sin-  
gula debet semp prospicere ne in malā finē terminauerit. Ne dicat e/  
go nō purauī q hoc cōtingere debuit qd nō pertinet ad prudentiam seu  
ad prudentem qz prudens nō dubitat sed expectat bonum, non opī/  
natur sed cauet, id est caute agit.

Luiuscōz causam facti inquire, et cū initia fecū inueni-  
ris exitus cogitabis. Scito te in qbusdā debere perseverare q  
Incepisti. Quedā vero nec incipe debes in quibus persevera-  
re notum est. P endens fallere nō vult nec falli potest. Boni  
est viri etiam in morte nemine fallere. Opiniones tue sint iu-  
dicia. Logitatōes inutiles, et vanas, velut somnio similes, nō  
in mercem recipias, quibus si animus tuus oblectauerit, cū  
omnia benedis posueris, tristis remanebis, sed cogitatio tua  
stabilis et firma sit siue deliberet siue querat, siue contemple-  
tur et nūdū recedat a vero.

In ista pte auctor ponit aliud officium prudētē quod respicit ori-  
ginē in actu. Unū inuestigare casus rerū, est p̄riū prudētis. Tchis est au-

a iiiij

etor quinq<sup>z</sup> clauium (cuz dicit) Prudentis mos est varias inquirere causas. Et Virgilius sedo georgicoz, felix qui potuit rerū cognoscere causas. Tūc ibi. Lū initia rerū inuenieris z̄c. Ponit notabile p̄ quo facit phūs sedo de aia: Justū est oia a sine denōiare, z̄ ßāfredus Si bñ succedūt nō prima sed ultima spectas. A casu describe diem non solis ab ortu. Et alibi. q̄ complere ne quis p̄cipiare caue. Me trista. Quicqđ agas prudēter agas, z̄ respice finē. Quia finis est optima causa. Et cuius finis bonus. ipm quoq; bonū est. Sed ibi Sci to q̄ in q̄busdā z̄c. Hucter̄ ponit alia officia prudētis q̄zū ad sermos nē. ibi. Sermo quoq;. Sciendū est q̄ inter oia opa agenda in oib; rebus quedā sunt utilia z bona. q̄ incipienda sunt z ad finē deducenda. Sed alia sunt opera viciosa. in q̄bus nō est p̄seuerandū  
Sermo q̄z tuus nō sit inanis. s; aut suadeat aut moneat aut cōsoletur aut p̄cipiat Lauda parce. vitupa parcus. Nam si militer reprehensibilis ē nimia laudatio. z immoderata vitupe ratio. illa siqđem adulatōe. ista vero malignitate suspecta est. Testimonij vitati nō amicicie reddas. Lū consideratōe promittas. sed plenius q̄z p̄miseris presta.

Hic Seneca ponit aliud officiu p̄udētie qđ respicit sermonē prudētis dicens. qualiter p̄udēs. debet regere suū sermonem dices sermo p̄udētis nō debet esse inanis. Un nota q̄ sermo vanus z inanis dicitur. qui profertur sine utilitate proferentis z audietis. de quo homo tenetur reddere rōem in die nouissimo. Un puer. x. Qui mos derat labia sua. hic prudētissimus est. Lui etiā cōcordat Eato dicēs. Virtutē pīnam eē puto cōpescere linguā. Sed ibi. Lauda parce z̄c. Hic ponit tria officia prudētie per ordinem. z vult q̄ prudens homō laudet aliquē parce z moderate vt patet in textu.

Sip̄udēs es. animus tuus trib⁹ dispēsetur t̄pibus. presens tia ordina. futura prouide. p̄terita recordare. Nam qui nihil de preteritis cogitat. vitam pdit. Qui de futuro non meditatur. fatuus z obliuiosus appellatur. z ad oia incautus incidit. Preponas igitur in aīo tuo futura bona z mala vt illa sustine reposis. z ista moderare

Hic ponit aliud officiu p̄udētie respiciens quālibet homē volentē esse tutū z lecuiz. Et facit duo. p̄mo ponit modum in quo docet.

hominem esse circumspectum et prouidum. Secundo eiusdem modi causam subiungitur ibi. Nam qui nihil retinet. Quantum ad primus vult auctor. quod qui vult esse prudens ille debet animum suum limitare tribus differentiis temporum. Debet enim primo ordinare non solum ad suam utilitatem sed etiam ad aliorum presentiam. Secundo causa cōsideratione prouidere debet ea quae sunt futura. Tercio causatio exstat in presentibus et futuris. Debet enim memorare et retinere ea que preterita sunt. Ubi nota quod recordatio preteritorum valet nobis ad tria. Primum propter presentis vite conseruationem. Secundo propter presentis vite emendationem. ut dicit Banfredus. Tercio propter presentis vite sagationem et ordinationem. Nam per teritorum cogitatione vtile praebet consilium in futuris. Tunc ibi preponas igitur. Auctor ponit aliam conditionem prudentie per modum conclusionis ex primis habitis volens quod prudens debet animo suo preponere tam bona quam etiam mala. Bona ideo. quod ipse sapienter moderare possit. se non nimium extollendo. Mala ideo. quod ea patienter tolerare possit. et se nimium conturbando. quia futura. ut inquit Aristoteles de regimie principiū. Si p̄sciatur leuius toleratur.

Non semper in actu sis. sed interdum animo tuo requiescato. et requies illa plena sit sapientie. studiis cogitationibus bonis. Nam prudens nunquam ocio marceret. habet autem aliquantum remissum. sed nunquam solutum.

Hic Seneca ponit aliud officium prudentie. volens quod non semper oportet prudentem esse in actu. id est in continuis studiis et imaginationibus. sed aliquando animo suo refrigerium prestare potest per gaudia. solacia. et coniuncta moderata non nimis. quia omne nimium vertitur in vicium. secundo Ethicorum. et ideo etiam philosophus quarto Ethicorum capitulo de eutrapelia. sic dicit. Videntur autem ludus et requies homini in vita esse necessaria. propter hoc etiam Seneca epistola decimaquinta ad Lucillum sic ait. Neque ego ubeo te semper imminere libro aut pugillaribus. dandum est aliquod interuum anino. ita tamen ut non resoluatur. sed remittatur. Sed ibi. Prudens enim. Hic subiungit aliud officium prudentie. volens quod prudens nunquam debet esse datus ocio. quia ocia pravae cogitationes generant et voluptuosas delectationes. Quare dicit Alanus in proverbiis. Subrahe ligna foco si vis extinguere flammas. Et carnis motus. ocia. vina. dapes. Similiter Quidius de remedio amoris. Queritur Egistus quare sit factus adulter. In prompta causa est desidiosus erat. Ocia si tollas perire cupidinis arcus. Dej.

bet famen prudens intellam habere animum remissum. sed nuntiū solutum. quia solutus plenus est pigricia.

Nam tarda accelerat. pplexa expedit. dura mollit. tempe rat aspera. ardua exequitur. Scit em̄ quid qua via aggredi debeat sua. Et singula cito cognoscit. recte et distincte videt cō silia peritorum. ex apertis obscura extimat ex paruis magna: ex proximus remota. ex partibus tota.

Hic cōsequēter ponit acius et quedā opa ipsi prudenti annexa. Ut lens ex quo prudēs oculari nō debet ut dīm̄ est in p̄cedentib⁹. sed acius hic in trā positos diligēter debet prosequi et exercere. q̄d delicit. q̄d tar da et neglecta festināter impletat. Difficilia expediāt r̄c. vi patet clare in littera. Et illorū actuum subiungit rōem ibi. Scit em̄ r̄c. Ut lens q̄ prudentis proprium est. q̄ sciat quō. et qualiter. et qua via ali⁹ quod opus aggrediendum est. modo facili. singularia peritorum consilia considerando ex apertis ignota. ex minimis ardua. ex propriis longinqua. et ex partibus tota clucidat.

Nō te moueat dicentis auctoritas: nec quis dicat sed q̄d dicatur attēde. Nō em̄ ut multis: sed quibus placeas cogita. Id quere quod inuenire possis. Id disce quod scire potes. Id opta quod coram bonis ethonestis optari potest. Nec te alij cōsideri rei applices. in qua stare tibi tremendum sit. et descendere cauendum.

Postq̄ Seneca in priorib⁹ dīxit. quomodo prudens debet se habere in proprijs sermonib⁹ et cogitationib⁹. futurorum premeditationib⁹. preteritorum recordationib⁹. Hic cōsequēter docet quomodo prudens se habere debet ad aliorum sermones. sc̄ fidem. et credulitatem adhibendo. Et ponit sex officia in littera illa prudētis.

Primum est q̄ homo prudēs non credulitatem adhibeat sermoni. principaliter ex famositate ipsius loquentis. sed ex veritate sermonis qui profertur. Cicerō auctor est cum ait. Non est credendum considerandumq; quod quis loquitur. sed illud quod quis sentiat.

Secundum est. q̄ prudens debet querere ea que habere potest. et non illa que non. Unde Lato Quod potes id tenta operia ne pondere pressus. Succumbat labor et frustra tentata relinquas. Tullius. Absurdum est inquirere quod haberi non potest. Ideo accipiendum

est tantum quod potest haberi. **T**ertium est. q̄ prudens cogitat q̄ placat ali quibus bonis non multis Unde Luncis qui placat credo q̄ non modo vivat. **Q**uartum ē. q̄ prudens interrogat illa scire que licita sunt ad sciendum. Unde Laco. Nitte arca na dei celum perquirere quid sit. Cum sis mortalibus que sunt mortalia cura. **Q**uintum est. q̄ prudens homo debet optare et utilia et bona. Juxta dictum Aristotelis in de regimine principum. Dirige cogitationes bonas tuas in bonum. **S**extum. q̄ prudens homo non debet se exaltare ultra honorem quo dignus non est. nec applicare negocio cui satisfacere non potest ne cum scandalo recedat a dignitate. **U**n Alanus. Arbor late ramas non firme stat imo. Cum ramis facili corruit ita nota.

**T**unc consilia tibi salubria aduoca cuj tibi alludit huius vite prosperitas. **T**unc te velut in lubrico retinebis: aut sistes nec tibi dabis liberos impetus. sed circumspicias quo eundem sit: vel quousq.

**H**ic in fine huius primi capituli docet Seneca quomodo prudens si fortunatus fuerit debet implorare consilia matura sapientum vel sui ipsius. ita q̄ peragat cum bona deliberatione. Nam fortuna mutabilis et variabilis. in ea nulla prosperitas ponenda est. vt habeatur ex Boetio de consolatione. **T**estis est Ouidius in libro de tristibus. Rara quidem virtus quam non fortuna gubernat. Passibus ambiguis fortuna salubris erat. Unde sapiens. Ludus fortune variatur in imagine lune. Crescit decrescit in eodem sistere nescit. Propterea prudens debet vni salubribus consilijs. vt melius vitam ducere posset. nec existimare se debet liberum et habere liberos impetus. sed semper in periculo consistere. et timere recessum eius. Et sit quasi ambulans in lubrico id est in via mala et lutosa cum non verax est. sed semper decipit hominem nunc exalmando nunc humiliando. Ideo subdit in littera Prudens debet se circumspicere quo ambulandum sit. id est quomodo et qualiter ducet vitam suam in bonis fortuitis cum transitoria sunt. **T**estis est Alanus cum ait. Nunc adest et abest fugitiui gloria censis. Nam prius aduentat. post quasi somnusabit.

### **D**e magnanimitate

Agnauimitas vero que et fortitudo dicitur. si insit animo tuo. cum magna fiducia viues. liber.

alacer. et intrepidus. **M**agnum enim hominis donum est.  
non vacillare sed sibi constare. et finem huius vite intrepide  
expectare.

**H**oc est scđm pncipale capl m huius libri Seneca. volēs q̄ post q̄  
determinauit magister de prudētia et de officijs et de conditionibus e/  
ius. seu de proprietatibus. hic consequenter facit hoc idem de mag/  
nanimitate que etiam fortitudo dicitur. Et hoc diuersimode Dic̄t  
en̄ fortitudo qz fm eam quis fortiter agit. et in negocijis suis fortiter  
se disponit. ex eo q̄ nostra noticia procedit a generalibus ad specialia  
tercio physico:um. **Vñ Tullius.** iij. ethicoz fortitudo est conceptio  
laboris et periculi cum utilitatis rōne. et cum commodorum pensatio  
ne. Sed magnanimitas dicitur. quia magnum animum habet ad  
tolerandum ardua. et ad aggredendum terribilia. Sed ibi. Mag/  
num em̄ r̄c. Hic Seneca declarat quoddam dictum dic̄es. q̄ ma  
gnū donum est hominem esse magnanimum sc̄z fm virtutem. vt di  
citur quarto ethicorū. sc̄z mortem non timendo. Licer em̄ mors om  
nium terribilium maximū est. vt dicit ph̄us. iij. ethicorū. tamē mag/  
nanimus timere non debet ex quo mors est de dono nature. vt dicit  
Seneca in libro de remedijis fortune.

**S**i magnanimus fueris nunquaz iudicabis tibi cons  
meliam fieri de inimico. dices non nocuit mihi. sed animū no  
cendi habuit. Et cum illum in potestate tua habueris: vindic  
tam putabis vindicare potuisse. scito em̄ magnum et hone/  
stum genus vindicte esse ignoscere

**H**ic Seneca tangit vnam sp̄z fortitudinis seu magnanimitatis  
que patientia dicitur. Et pmo ponit doctrinam. scđo subiungit cau/  
sam illius. ibi Scito em̄ r̄c. Vult ergo q̄ homo & fortis nō debet re  
putare cōtumeliam ab inimico sibi illata. nec vindictam statim appe  
tere. sed sufficit aliquid potuisse nocere. qz scđm Boerii inimico pcere  
est opus pietatis. q̄ aut pcit. clementiam facit. Quia fm Tulliu pmo  
rēthorices. Patientia est honestatis ac utilitatis causa. rerum ardua  
rum et terribiliū voluntaria ac diuturna perpessio.

**N**eminem susurro appetas. nemine suffodias. palā aggredire palmā. Flec geras conflictū. nisi p̄us indixeris nam frau  
des et dolos imbecillem decet habere

**I**n isto pte Seneca ponit vna; elia spēm magnanimitatis q̄ dicit fiducia seu magnificentia. Et ponit tria documenta. duo negatiua & vnu affirmatiuū. et postremo subiungit rōem predictorū. Primum documentum ē q̄ magnanimus hemine debet deinceps seu circuuerire. Susurrator aut̄ est detractor; qui in occulto est inimicus & manifeste amicus. Sed in documentū est. q̄ magnanimus in suo sermone nō debet timari secreta alterius. Juxta illud Catonis Alterius dictū v'fc̄m ne carpseris vñq̄. Exēplo simili ne te derideat alter. Testis est salutaris poeta cū inquit. Nullius arcanum nec amici crimia p̄d̄es. Nec ea scruteris q̄ latuisse decet. Tercium documentum est. q̄ magnanimus in sua victoria manifeste debet apparere nō in occulto inimico aggredi. nec debet gerere bella. nisi manifeste indixerit p̄us inimico; vt se p̄parare possit ad opponendū. et rōem illius adiungit. nā ille nō magnanimus ē qui q̄rit dolos & fraudes. cū illa faciūt aliquē imbecillē. q̄ vicia opposita sunt magnanimitati & fortitudini.

**E**ris magnanimus: si picula nō appetas vt temerarius: nec formides vt timidus: nam timidum nil facit animum: nisi reprehensibilis vite conscientia.

**I**dic Seneca subiungit aliam spēm magnanimitatis in fine huius capituli. que dicitur perseverantia. dices vt in textu. Un̄ bene agere parum prodest si mens labilis errat. Ideo Tullius in p̄mo rhetor. de scribens perseverantiam. sic ait. Perseverantia est in rōe bñ cōsiderata stabilis perpetuac̄ p̄mālio. p̄terea dicit hic Seneca. q̄ ille vere magnanimus est q̄ nō appetit pericula sicut temerarius. sed aggredit ea que aggrediēdā sunt. q̄r vt ait Tullius lī. p̄mo in tusculanis questio nibo. Nemo se sine magna spe in morte offert. & nō formidet ea que timore sunt. Rationē subiungit. Nā nihil aliud facit mente timida; nisi perseverantia vitupabilis vite &c. Item nota q̄ ille qui vult dici magnanimus nō debet esse nimiu audax. nec nimiu timidus. sed debet seruare modū q̄ virtus moralis illa cōsistit in medio. vt dicit phūs scđo ethicoz. In medio cōsistit virtus. quare etiam dicit Horatius. Est modus in rebus sunt certi deniq̄ fines. Un̄ etiā metrista. Omnis adde modum. modus est pulcherrima virtus.

### **D**e continentia

**C**ontinentia vero si diligis: supflua circūcide & desideria tua in aīm cōstringe. Cōsidera tecuz q̄stum natura poscat. & nō q̄stum cupiditas expertat. **I**stud est caplīm terciū & principale huius tractatus in quo Señeca postq̄ determinauit de duabus virtutibus cardinalibz p̄m

dentia et magnanimitate. Hic consequenter determinat de tempore  
rantia. priusquam de iusticia. Quia iustitia est virtus secundum quam  
quis bene se habet ad alios. scilicet ad iustas conuersationes cum eis  
is habendo. Temperantia autem est virtus secundum quam quis se ha-  
bet ad seipsum que etiam continentia dicitur. Intemperantia (Ut  
Tullio in tusculanis questionibus libro primo placuit) Est  
omnium perturbationum fons. que est a recta ratione defectio. Ipsa  
nancor corpus exterminat. vicia congregat. hominum intellectus destrui-  
pauat. sensum hebetat. et per ignominias stulticie deturbat hominem.  
Sed temperantia (Ut Tullius primo rhetorice refert) Est ratio  
tionis in libidine. et in aliis non rectos imperus anime moderata. et  
firma dominatio. Ideo desiderare debemus temperantiam et amare  
eo quod sine ea recte vivere non possumus. Propterea dicit Seneca in  
littera. Tu debes amare continentiam. Item nota quod duplex  
est desiderium. quoddam est quod ab appetitu intellectivo oritur. et  
tiens virtutes et eternam beatitudinem desideramus: et illud non  
est freno constringendum. Aliud est. quod ab appetitu sensitivo or-  
tum habet: quo videlicet mundanas voluptes: et venereas de-  
lectationes desideramus et illud est constringendum freno tem-  
perantie.

Si continens fueris. eo usque peruenias: ut te ipso con-  
tentus sis. Nam qui sibi ipsi satis est: cum diuitiis natus est.  
Impone concupiscentie tue frenum. Omnia blandimenta  
que occulta voluptate animum trahunt reince. Ede citra sa-  
turitatem. cum sobrietate bibe. vita ebrietatem.

Dic Seneca ponit quatuor officia ad hominem temperatus  
spectantia. Quorum primum est. quod homo continens non de-  
bet multum desiderare. sed contentari in his que natura sibi tribuit.  
et que a natura sunt. quia natura modico contenta est. Unde dicit  
Lato. Commoda nature tibi nullo tempore desunt. Si fueris con-  
tentus eo quod tempora prebent. Quod etiam intelligitur hic. cum  
dicitur. Si continens fueris. Num ille qui sibi ipsi contentus et sa-  
tis est. cum diuitiis natus est. Ex illo elicetur quod ille diuus est qui con-  
tentatur in his que habet. Unde dicitur Eneas in epistolis. Non enim  
ille pauper est. qui parum habet. sed qui plus cupit. Secundus

si tu vis vocari temperatus. tunc refrenare debes tua desideria. et amouere voluptates corporales. que vim rationis ipsius intellectus absoluunt. Unde inquit Virgilius. Lrahit sua quinq; voluptas. Ex ipsis enim nihil boni oritur. quia homines a sapientia retrahuntur. Iuxta illud Hieronymi. Studio insistere non possumus superabundantia. n in mente cogitantes. Tercium. si vis dici temperatus. non comedere circa saturitatem. sed cum mensura. et bibe ut non committas. Unde etiam Sanfredus in poetria noua. Quando famem resicis dapibus non sis ita plenus; p nihil apponi queat amplius. Et subdit non tantum quantum possis. sed quantum prodest. Unde etiam Philosophus in de secretis secretorum ad Alexandrum sic agit. Si vis esse sanus nunquam ede ad saturitatem. nec bibe ad ebrietatem.

Obseruas tene in conuilio vel in qualibet vite communitate imitaberis: quas damnare videaris. Nec presentibus deliciis inherebis: nec desiderabis absentes. Vittus tibi ex facili sit non ad voluptatem: sed ad cibum accede. palatum tuum fames excitet: non sapores. Desideria tua paruo redime. Si ad naturam viuas: nunquam eris pauper. Si aliquid sua non videntur amplissima: si totius mundi dominus sit miser est. Qui cum paupertate bene conuenit: diues iudicetur: qd hoc tantum curare debes ut non desinant. atq; ita quasi ad exemplar diuinum compositus: a corpore ad spiritum qdum potes abducere te festina.

Hic Seneca ponit documenta ad hominem temperatum spectantia. Primum si vis dici temperatus. tunc serua illud in libertate societate. ne dannes illos quos imitaris. sed potius sit p oculis dictum Latonis. Judicium populi nunquam contempseris unus. Ne nulli placeas dum vis contemnere multos. Et ratio est. quia qui alios vilipendit. sibi p vituperium acquirit. Sed quomodo debet se babere patet in istis metris. Si fore vis sapiens tu serua qd tibi mando.

**Q**uid dicas. vel cui. cuius. quomodo requiras. **S**ed in documento  
quod tu contines non debes inherere voluptatibus presentibus. nec etiam de-  
siderare absentes delectatores. qui incontinentiam generant. **S**eneca in  
epistola ad lucillum vicesima quarta inquit. Ipse voluptates in tormenta  
vertuntur. epule crudelitatem afferunt. ebrietates neruorum corporis tremo-  
remque libidines. manuum et articulorum omnium depravatoem. **I**n libro. viij. de Aristotle loquitur. Utilissimum preceptum quod voluptates  
abeuntes consideremus. **T**eicu[m] documentu[m]. debes esse modestus  
quod virtus moderatus honestatem corporis et aie sanitatem conservat. **I**n  
ex modo debet esse virtus. **L**ullius in paradoxis. Cum tibi deus  
vel mater omnium natura dedit animum. nihil praestantius. nihil p[re]ciosius. si recte eo vivatur. **L**utpe ergo est si te ita protervas. ut nihil  
inter te et pecudem esse in parvo. hoc est debes esse contentus in modi-  
to. et non nimia curam gerere super res temporales. eo quod caduce sunt  
temporales et transitoriae.

**Q**Si continentie studes insudare. non habita amene. sed sa-  
lubriter. Nec domum velis esse notum a domo. sed domum a domino.  
Non tibi asscribas que non feceris. nec maior quam es videri  
velis. et hoc magis obserua. Nec paupertas sit tibi immunda  
nec p[re]monia sordida. nec simplicitas neglecta. nec levitas la-  
guida. Et si res exiguae sint. non tamē sint angustae. nec tua de-  
reas. nec aliena mireris.

**D**icit auctor ponit alia officia continentie ad hominem temperatum  
pertinentia. Quorum primum est. quod homo continens non debet ha-  
bere amenas habitaciones. construere scilicet in possessione sua. Nec velit  
esse notum a domo. sed potius domum ab eo. **U**nus Lullius in libro secundo  
officiorum. Hernanda virorum domus est. ut non ab ipso domo dignitas.  
sed a domino habeatur. **S**ed in officium est continens non debet sibi  
usurpare que non fecerit. nec desiderare dignior esse quam est. **U**nus Sanfridus in poetria sua. Non te magnifices nec te super ethera ponas. In hoc  
autem reprehendit auctor duo vicia. que sunt dexteranda. Primum est  
mendacium. eo quod ille qui hoc fecerit mendacium committat. quod fugiendum  
est. **U**nus Eneas in epis. Nam veritate nihil constantius. mendacio  
autem nihil inconstantius et instabilius. Secundo reprehendit vanam glo-  
riam. cum enim inanis est. et transitoria eam continens fugere debet. **E**t  
cum officium. quod ipsa paupertas non debet sibi esse immunda. deus ea di-  
ligit. **U**nus Juvenalis in satyra. felices hoies pauper quos sp[iritus] ambic.  
Ilos nunc ad regnum sublime retrahit. Quartum officium. quod persi-

monia continentis nō debet esse sordida. hoc est abstinentia continen-  
tis non debet esse sordida qz abstinentia virtus est. Unū nomine p̄ssimo  
nō siue abstinentie potest accipi duplicitate scđm bñm L homā inscđa  
scđe. q. cētesima quadragesima sexta. Uno mō. scđm qđ absolutam ci-  
borū subtractionē designat. Et hoc mō nō designat actū virtutis. s̄z  
est quoddam indifferēs. Alio modo scđm qđ est regulata ratione. et il-  
lo modo designat habitum vel virtutis actum. Et definitur sic. Est  
moderata sumptio siue subtractio cibis scđm rationē. Et illa nō debet  
esse sordida quā ad modū est aliqua abstinentia hypocritaꝝ et auarozꝝ

Quintum officiū est. q. continentis simplicitas nō debet esse negligēta. hoc est humilitas continentis nō debet esse tarda. Unde tūc ipsa  
simplicitas dicitur neglecta. quādo ipsa nō facit bona opera. videlicet  
quando quis aliter facit quaz sua intentio est. et sua simplicitate deci-  
piat alios. Unū Alanus in puerbjs. Nō tenetas aux totum qđ splen-  
det ut aurum. Nec pulcrū pomū quodlibet esse bonum. Non est in  
multis virtus quibꝫ esse videtur. Decipiūt factis lumīa nostra suis.

Sextū. q. levitas continentis nō debet esse languida. hoc est mobili-  
tas animi nō debet esse infirma seu lesa. Unde tunc levitas dicitur  
languida. quādo animus homis plus mouetur ad mala. hoc est ad  
operationem rerū temporalium. q. ad ea que sursum sunt. Septimum.  
q. continens non debet angustiari propterea quia exigue sibi sunt pos-  
sessiones. Unde Laro. Infantem nudum cū tematura creauit. Pau-  
pertatis onus. patienter ferre memēto. Quia paupertas habens leti-  
ciam admixtam. tura est et secura. Octauum. q. continens sua bona  
amissa nō debet deflere. qz sunt de dono fortunae. Unū Seneca in epi-  
stola quadā ad lucillum. Nō est tutū qđ fortuna fecit tutum. Qua-  
si diceret munera fortune sunt valde dubia Ideo sp̄atus. nō debet tri-  
starī de amissione rerum temporalium. Nonum. q. continens aliena  
bona nō debet se multū extollere. sicut cōsuetudo hominum est. Unū  
Virgilius. Fertilior seges est alieno semper in agro. Vicinumq; pe-  
rus grandius vber haberet.

Si continentiam diligis: turpia fugito anteq; euéniant  
nec quemq; alium verberas plusquam te. omnia tolerabilia p̄-  
terq; turpitudinem crede. A verbis quoq; turpibus abstine-  
to. Nam licentia eorum impudiciciam nutrit. Sermones  
vitiles magis q; facetos et effabilēs ama et rectos potius quam  
facundos.

In hac parte Seneca ponit quinque officia temperantia quo ad aliꝫ

b i

am spēm q̄le modestia dicitur. Prīmū officiū. q̄ tu cōtinēs debes  
fugere turpia anq̄ cueniāt. hoc est nō solum effectū. sed etiā affectum  
victorū cōstringere. Sc̄m officiū tu cōtinens amplius nō debes  
corripe aliquē plus q̄ teip̄m. Hoc est p̄us debes te emēdare. et in ali  
um s̄berare. Unū Lato Que culpare soles ea tu ne feceris ipse. Tur  
pe est doctori cū culpa redarguit ip̄m. Unū duplex est s̄beratio. sc̄z aie  
et corporis. Aie est que se tenet ex pte aie. Et de illa loqtur hic magister  
Alia corporis q̄ se tenet ex parte corporis. et talis iterū fugienda est

Tercū officiū. q̄ tu continens. oia que sunt sustinēda tolerare po  
tes p̄ter turpitudinē. Unū temperatus a virtute tpantie fruolus dicit  
tur. ergo vitare debet q̄ opposita sunt virtuti. Et turpitudo est viciū  
in se turpe igitur est fugienda. Quartū officiū. tu cōtinens a v̄bis  
turpibus debes te abstinere. q̄ impudicīa nutrīt. Unū phūs in e  
thīcis. Unusquisq; qualis est talia opatur. Si ergo bonus et virtuo  
sus. bona operatur. Si ergo turpis. turpia operatur. Quintum  
officiū. tu continens diligere debes in sermonibus tuis vilitatem  
plusq; ornatū. Ratio. q; sermones v̄iles edificant intellectum.  
led facundi impediūt inquisitionem veritatis. Juxta illud philosophi  
primo per hermenias poetice et oratorie orōnes sunt oblinquende id  
est dimittende. q; potius impediūt in virtutis inquisitione q; prouos  
cāt. Ideo Vincentius in speculo historiali libro septio turpe et valde  
male viciōsum est in se ferre sententiam delicatam. q; a plurib; intellig  
nō potest. propterea tu cōtinens debes diligere plus fructuosos ser  
mones. q; facundos

Discebis interdū serūs iocos: sed trātos: et sine detrimē  
to dignitatis. et verecūdie. Nam reprehensibilis est risus si im  
moderatus fuerit: et si pueriliter effusus: si mulieb; iter factus  
odibilem facit hominem risus: aut superbus aut clarus. aut fatu  
us. aut ex alienis malis prouocatus

Hic Seneca ponit aliud officiū cōtentie rōnis eiusdez. Dicēs q̄  
tu cōtinens debes aliquādo imponere tue continentie iocos propter  
solaciū humane vite. sed moderatos. sic q̄ non excedant honestatē. cū  
medium est de propria ratione virtutis. vt dicitur quinto ethīcorū  
quia motus est norma virtutum. Et risus immoderatus est reprehē  
sibilis. Si fuerit productus pueriliter. vel superbus. aut clarus. aut  
malignus. aut fatuus. aut euocatus ex alienis malis. q; semper talis ri  
sus facit hominem odiosum. Unū risus dicitur puerilis. quādo q̄s  
solus ridet sine morum maturitate. sine causa. sine oportunitate. Unū  
moralis. Nō ride solus nam risus vnius oris. fatuus vel stultus re

putatus omnibus horis. Et Iesus dicitur muliebris quando quis  
ridet sine causa legitima. ut mulieres que ex citamento lascivie vel le-  
uitatis ridere solent. Risus de superbus. quando quis ridet aliquem  
sublannando. et ille generat rancorem et odium. Unde Salustius.  
Odium querere extreme dementie id est stulticie est. Risus dicitur  
malignus quando quis ridet de malfactis suis perpetratis. ut p:os  
verbiorum tertio. Qui letantur cum maleficerint condemnantur  
Risus dicitur fatuus. quando quis semper ridet. ut per risum multum  
debet cognoscere stultum. Dicitur autem provocatus ex alienis ma-  
lis. quando quis ridet in aduersitatibus proximi quem tamē diligenter  
